



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

115. An qui copulam habuit, ut facilius possit à Summo Pontifice
dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si illa
tantum interius concepta fuerit. & non manifestata? Et quid, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

De Dispensationibus. Ref. CXIV. &c. 245

en el conuento dice, que no se suelte esta clausula poner por via de condicione, sino como modo. Mas si la dispensacion se comete con aquella condicion en el juicio de la conciencia, en tonces tiene obligacion a responder al Confesor de la copula, aunque sea oculta: y assi en el primer caso no sera la dispensacion irrita, aunque negassen la copula, y esto aunque fuese con juroamento, y cometiendo en ello pecado de perjuicio: mas en el segundo caso, si salvo se manifiessen ya dispensacion de la copula.

RESOL. CXIV.

An saltem copula sit exprimenda, quando habita sit ad facilius obtinendam dispensationem. Et auo, si sponsi haberint inter se copulam hac spe, & intentione facilis obtinendi dispensationem, necessariam sit non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem. Et quid, si ab uno illorum tantum spes concipiatur? Ex part. 8. tr. 3. Ref. 82.

¶ 1. Pro responsione illius dubij, apponam ea, que circa illud docet Auctor de sacramentis. Marinoni q. 19. fed. 6. vbi sic ait. Si sponsi habent inter se copulam, hac spem, & intentione facilis obtinendi dispensationem, communiter notari solet, neccarium est, non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem. Et communiter etiam ratio redditur, quia copula ex tali animo habitanterum abest, vt sit causa facilioris dispensationis, quod potius eam reddat difficultatem, & retrahat Pontificem ab ea concedenda. At, hanc rationem resiliens Sanchez disp. 25. numer. 38. vult in solo quoque Curia styllo fundati: quo confuetum est, in literis dispensatoribus apponit hanc clausulam, Dummodo copula habita non sit spes facilioris dispensationis. Vnde ait, etiam si quando prætermittatur talis causa, adhuc subintelligi, & ideo non valere dispensationem, nisi narrata copula habita ex illa intentione. Pontifex absolute differat. Dixerat autem numer. 1. id procedere, quando ex parte viri, que fuit habita copula ex tali intentione: alioqui ex parte, viuis habita sit solum ex fragilitate, seu libidine, & non ex tali intentione & fraude, non sit necessarium exprimere animum & dolum alterius.

2. Verum si adhuc aliæ sufficientes causæ, dispensationis, qua sola absque allegatione copulae valent obtinendi dispensationem: tunc necesse non erit exponere copulam, atque adeo nec eam intenditionem qua habita est. At quando ex copula ipsa accipi debet causa, & sponsi hanc causam adducunt ut dispensationem obtineant, quia habuerunt inter se copulam, & ideo imminentie grava damna, & scandala, nisi inter se contrahant: tunc quidem oportet exponere, si ea intentione, & fraude habuerunt copulam, vt haec causa faciliorem dispensationem obtinerent. Ita adiutrix Pontius numer. 32. dicens cum Nauarro, id non oriri ex decreto Concilij, sed per se ex natura rei. Idem etiam volunt alii, qui propterea eam rationem reddebat. Et quidem eo ipso, quod dicuntur aliqui habuisse copulam spem, & intentione facilis obtinendi dispensationem, intellegunt, quod volerint, & velint ex causa & allegatione copulae impetrare dispensationem. Alioqui non contentant, sibi prodele copulam ad faciliorem dispensationem. Attamen, copula habita solum ex fragilitate & libidine, potest quidem & solet esse causa rationabilis, inducens Pontificem ad dispensandum, sed habita ex ea intentione & fraude, retrah-

bit potius à dispensatione concedenda. Et ideo, quando copula allegatur pro causa, debet exponi cum sua vera qualitate, & qua intentione habita sit, ne dispensatio euadat subrepititia, & irrita. Et hoc ipsum est, quod stylo Curia confirmatur: apponitur enim ea^a clausula in litteris dispensatoriis, quando copula allegatur pro causa. Acciatam si non apponatur, per se subintelligitur.

3. Vnde non deferam hic apponere verba Villalobos in summa, tom. 1. tract. 4. diff. 27. n. 70. vbi sic ait. Los que tuviere copula con esperanza de alcançar mas facilmente la dispensacion, obligacion tienen a hazer mención dello en la suplica, y sino será la dispensacion surrepticia, como dice Juan Gutierrez, Fr. Lays Lopez, Thomas Sanchez, y el Padre Fray Manuel Rodriguez, con otros que citan: aunque algunos dicen, que solo sita est verdad en tiempo de Pio V. El fundamento de la conclusiones, porque se suelte poner esta clausula conforme al stilo de la curia: Dummodo copula habita non sit, spes facilioris dispensationis. T. aunque algunas vez esta clausula no se pusiese, es regla de Abad, y Sylvestro, y otros, que las clausulas, que se suelen poner, conforme al stilo de la Curia, es visto estar puestas. Ita ille.

4. Et tandem Portel in responsoriis moral. tom. 2. cas. 49. num. 11. hanc sententiam firmavit, sic asserendo. In obtinenda dispensatione exprimenda est necessariò copula incestuosa, si habita sit spes facilis impetrandi dispensationem, vel cum tractatu matrimonij, vel cum scientia, vel ignorancia impediti. Non enim sufficit exprimere copulam, sed etiam explicandus est animus (quamvis alter corum tantum talem habuerit animum) vel tractatus, quem contrahentes habuerunt ante expeditam dispensationem: sic enim seruat stylus Curia. Sic Bonacina citato puncto 5. n. 10. Sed in hoc quod ille ait, exprimendam esse copulam habitat cum spes facilis obtinenda dispensationis, etiam si ab uno illorum tantum spes concipiatur, & alias fore dispensationem inualidam: in hoc ultimo illi non assentior, quin potius dico, quod si viuis coniugum in copula incestuosa concipiatur illam spem facilis impetrandi dispensationis, impetratio erit valida, expressa copula, licet non exprimatur illa spes facilis impetrandi: ab uno tantum concepta. Ita expressè tenet Sanchez lib. 8. de matrimon. disp. 25. num. 31. licet Bonacina illum citet pro se in n. 24. eiusdem disp. 25. quod clarè, & efficaciter probat ex Concilij Tridentini verbis, vt ibi poteris videre. Ac proinde tenet quod si viuis tantum fornicantium incestuosè spem concipiatur facilis impetranda dispensationis, idque alteri non reuelat: dispensatio erit valida, etiam in petitione non exprimatur copulam fusile habitat cum spes facilioris impetracionis. Hac omnia Portel. Quæ omnia mature consideranda sunt ante petitionem dispensationis, ne vitio subscriptionis laborent.

RESOL. CXV.

An qui copulam habuit, vt facilis possit à Summo Pontifice dispensationem obtinere, teneatur hanc intentionem explicare, si illa tantum interior concepta fuerit, & non manifestata. Et quid, quando ita facta fuit ex parte viuis tantum?

Et notatur, quod quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamquam ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum supra narratum, sed tenetur in hoc casu contrahentes dispensationem ab Episcopo obtinere.

Tom. II. I.

X 3 Et

Et quid est dicendum si ea spe, ut facilius Papa dispenset, contrahit matrimonium, vel consummat matrimonium cum impedimentis, de quibus Concilium Tridentinum *scilicet* 24. c. 3. agitur? Ex p. 9. tr. 7. & Msc. 2. Ref. 36.

Sup. in Ref. §. 1. **A**firmatiū respondent Doctores: afferunt proposita, & in Ref. seq. & in Ref. 163. prope finem. Respondeo. **A**nīmū absolute, & sine vla distinctione, copulam cum illa spe explicandam esse. Ita docet Gutierrez in *can. 99. lib. 1. cap. 15. num. 20.* Sanchez de *marim. lib. 8. disp. 25. num. 38.* Rebellius *part. 1. lib. 3. 9. 5. num. 24.* & alii: quia stylus Curiae habet, ut in litteris dispensationis impedimenti consanguinitatis, vel affinitatis, explicata copula addatur clausula conditionalis; hæc *Dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensacionis.* Quare, licet ea non addatur, nec explicetur copula, amplectendō opinionem probabilem dicentem, non esse eā necessariū explicandam, adhuc non suppletur hæc clausula, & dispensatio erit subiecta, non explicata copula hoc animo habita: eo quod stylus Curiae declarat, mentem Pontificis esse, non dispensare in hoc casu, nisi id exprimat.

2. Tamen, his non obstantibus, Castrus Palau, *tom. 5. disp. 4. punct. vlt. 8. 3. num. 9.* putat probabile,

hanc intentionem iniquam copule ad faciliorem dispensationem obtinendam, manifestam esse debere: nam si interius tantum concepta sit, cū humanae potestati non subdatur, non videtur necessariū exprimenda. Et hanc sententiam absolute tenuit Galf. Sup *contentio ab hoc vers. 2. ad 2. ad hoc* in Ref. seq. §. 2. ante mediū. & in alio §. eius annos. Sup hoc in Ref. 163. §. Quando.

3. Et hanc doctrinam P. Martinus Perez de ma-

triv. disp. 46. scilicet 7. n. 7. extendit ad matrimonium contracum cum impedimentis, de quibus Concilium Tridentinum, *scilicet* 24. c. 3. cum animo, vt facilius ex hoc Papa dispenset: sic itaque afferit: [Si predictum matrimonium eo animo ineat, ut facilius Pontifex dispenset; hunc quoque animum simul cum matrimonio explicandum esse: ut valeat dispensatio. Hoc etiam mihi videtur certum: quia Tridentinum d. o. s. id est statuit, ut scienter contrahens illud matrimonium, careat, spe dispensationis ad compensandam multorum audiacei qui ea spe fieri inibant ac consummabant matrimonium, non obstante impedimento direcente. Igitur Tridentinum volens punire eam deordinatam spem facilioris dispensationis ex facto ipso presumptam, a fortiori formalem ipsam spem puniet, volens ipsam explicari. Idem dico, si ea spe consummatum matrimonium; est etiam consummationis, & illius spei mentio facienda.

4. Est vero notandum, hanc spem, cuius est mentio facienda, debere esse exteriorū significatam, & non tantum interiorū conceptam: quia spes interiorū tantum concepta non subest humanae potestati.] Hæc P. Perez cum Hurtado consentiens, quæ quidem validè notanda sunt.

5. Sed quicquid sit de hoc Sanch. n. 3. 1. putat, non Ref. præter. esse necessarium mentionem facere de copula cum

spe facilioris dispensationis, quando fuit facta ex parte vnius tantum, quod etiam firmat Perez *loco citato*, n. 13. Quæ omnia satis in dies practicabila sunt. Sed circa præsentem questionem, si casus acciderit, ne deferas vide Leandi. *de Sacram. tom. 2. tral. 10. disp. 25. q. 31. & 32.*

6. Notandum est etiam hic Texedam in *Theolog. moral. tom. 2. lib. 4. tr. 3. contr. 24. n. 8.* cum Rodriguez, Vega, & Navaarro, docere contra Sanch. *vbi supra*, n. 8. quod, quando copula fuit habita post confessio-*nem dispensationis per Pontificem factam*, ante tamē quam Ordinatus filiam exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum narratum. Ratio est: quia ea causa veritas fuit narrata, & causa vera exsistit dispensandi, nec virtus aliquod preces continent: ergo ex nullo capite dispensatio est subiecta.

7. Obicit Sanch. Ad valorem dispensationis inter consanguineos est simpliciter necessaria veritas narratio facta Pontifici: ergo, dum exequitur non fuerit dispensatio per eum, cui commissa est expeditio, reditut subiecta. Probatur consequientia ex illis verbis à Pontifice adieciis, quando committit commissario facultatem dispensandi: *Si ita inuenies, &c.* Respondet, nihil probare argumentum: nam illa verba adiecta in commissione faciunt hunc sensum: *Si ita inuenies mibi fuisse eo tempore narratum.* Vnde, cum veritas fuisse Pontifici narrata, & tunc nulla fuisse inter contrahentes consanguineos copula, valida est dispensatio, nec proinde ad Pontificem recurrentem est pro noua dispensatione. Fato tamen, eo casu indigere contrahentes illos dispensatione Episcopie, atque ita commissarius dispensationis tenebit de predicta copula Episcopum consulere, & ante eius dispensationem exequi: sic audiui a multis Patribus Magistris meis Salmanticæ, ubi similis casus occurrit, & iudicavit fuit ab illis id, quod à nobis relatu est.] Hucusque Texeda. Tu cogita, an probabiliter.

RESOL. C XVI.

Si quis habuit copulam cum affine, vel consanguineo, & facilius obstatem dispensationem, queritur, an talis intentione Pontifici non explicata dispensatio sit valida. Et docetur intentionem occultam, & alteri non manifestatam habendi copulam cum spe facilioris dispensationis, non visitare dispensationem, neque esse fatendum etiam in commissione data in ordine ad forum conscientia.

Et queritur, an contrahentes non teneantur copulan fateri nisi casu, quo interrogentur ab ordinario praecedentibus indicati, aut infamia?

Imo, quamus in dicto casu infamia, aut semiplena probatio copula; & quamus contrahentes interrogati negent illicet, dispensatio ab ordinario facta erit valida.

Et an non sit necessarium in eadem supplicatione omnia impedimenta eiusdem qualitatibus explicare, sed sufficere unum post alterum in diversis supplicationibus, & temporibus explicare, & de illis dispensationem obtinere? Ex p. 10. tr. 11. & Msc. 1. Ref. 44.

§. 1. **S**i in dispensatione apponitur clausula, *Dummodo copulam non habebimus, spe facilioris dispensationis*, certum est: quod dispensatio erit nulla. Difficultas igitur procedit, si secula dicta clausula, dispensatio sit valida. Et negotium sententiam docet Sanchez, *lib. 8. disp. 25. num. 5.* & alii penes ipsum.

2. Verum affirmativa sententia adharet Leandrus *de Sacram. tom. 2. tral. 9. disp. 1. 24. q. 31.* vbi citat Henriquez, Ledesma, Pointum, & alios, quibus addit Martinum de San Joseph, *in mon. Confess.*